



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Cœlum Domini. ib.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

*Se nascens de utroque socium,
 Conuescens in edulium,
 Se moriens in precium,
 Se regnans dat in primum.*

Ideo & nos eidem Deiparæ immortales gratias agamus, habeamusque hoc nomine, quod Christum nostrorum scelerum pretium, nostræ refectiois cibum, nostræ gloriæ præmium ex suo sacratissimo utero in omnium utilitatem protulerit. quod S. Antonius 4. par. tit. 15. cap. 17. §. 4. agens de Misericordia, quam Deipara hominibus exhibuit, non minus piè, quàm verè his verbis docuit: *Maximum etiam effectum misericordia nobis impendit, quia nobis miseris, & captiuis, & mendicis famelicis in viaticum; laborantibus in primum; infirmis in medicamentum, & cum ipso dedit nobis regnum caelorum. & omne bonum.*

S. Anton.

Cant. 4.

Hæc S. Antonius: quæ cum ita sint, exclaimare possumus, ac Deiparæ dicere: *Hortus conclusus; fons signatus, Emissiones tuas Paradisus.*

FONS LUCIS.

37
 Virgo dicitur Fons lucis.
 Epiph. 10.
 Epiph. Helychius
 Chrysipp.
 Damasc.
 Method.
 Cap. 21.

HÆC est fons lucis, de quo Esther 10. *Paruus, inquit, Fons, qui crevit in fluvium, & in lucem, solemque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit.* & ita eam vocant Epiphanius oratione de laudibus Virginis, Helychius homil. 2. de S. Maria; & Chrysippus homil. de Deipara; & Damascenus orat. 1. de Natiuitate Virginis. Methodius oratione in hypapantem. Epiph. oratione de Deipara, quorum verba cap. 21, vbi de hoc plenius agetur, referemus.

COELVM DOMINI.

Virgo Coelum Cæli Domini.
 Psalm. 113.
 S. Iacob.
 Chrysost.
 Epiph.

HÆC est Psal. 113 dicitur: *Coelum Cæli Domini, Coelū enim appellatur à S. Iacobo in Liturgiâ à Chrysostomo serm. de laudib. Virg. & Epiphano serm. de laudib. Virg. & ab aliis vt diximus ca. 3. vbi copiosè ostendimus, qua nam ratione Deipara coelum appelletur.*

SANCTVARIVM DEI, TABERNACULVM SUI Creatoris, Tabernaculum foederis.

Exod. 15.
 Eccles. 24.
 Virgo dicitur Sanctuarium Dei

HÆC est Sanctuarium Dei Exod. 15. Tabernaculum sui Creatoris Eccles. 24. Tabernaculum foederis Exod. 31. factum iuxta exemplar in monte monstratum: *Quando (vt*

verbis vtat Bernardi) *Patribus caelitus promissum, & mysticis praefigurata miraculis, oraculis ac Tabernaculis fuit praenunciari prophetis S. Athanasius serm. Tabernaculum de Deipara dicit: Verbum in ea suum Tabernaculum posuisse Andreas Cretensis sanctissimum Verbi omnium Creatoris Tabernaculum eam appellat. Chrysostomus orat. de Annuntiatione Sanctuarium Dei paratum vocat, & Exod. 10. Habitaclum diuino Verbo dignum. Damascenus orat. 1. de Natiuitate vocat viuum, & statio- ne præditum Dei Tabernaculum, de quo Psal. 45. Sanctificauit Tabernaculum suum Altissimus. Idem orat. 1. & 2. de dormit. eam Tabernaculum illud vocat, ex quo vita principium duxit. Similiter & Georgius Nicom. orat. de oblat. vocat Tabernaculum, quod est capax essentiae immaterialis, quod nostrum, quod ceciderat, erexit Tabernaculum. Augustinus lib. de Assumpt. D. Thomas 3. par. q. 27. art. 2. argum. sed contra, de Virgine exponit Psal. 45. Sanctificauit Tabernaculum suum Altissimus, & Psal. 18. In sola posuit Tabernaculum suum. Anobius in Psal. 14. Damascenus verò oratio. 1. de dorm. vult eam figuratam in Tabernaculo Abraham; loquens enim cum Virgine: Nam Tabernaculum, inquit, Abraham te apertissime indicabat: etenim verbo diuino in ventre tuo tanquam Tabernaculo habitantis, humana natura subiecit panem, hoc est sui primicias, ex puris tuis sanguinibus obtulit à diuino igne quodammodo coctas, panemque efficit, atque in diuinis personis existens, & ad veram corporis animati anima rationali, atque intellectuali substantiam venientes. ita Damascenus. Idem orat. 1. de Natiuitate. Cedat, inquit, illud spiritus Tabernaculum, quod Moyses in deserto ex pretiosa, atque omnis generis materia construxit, atque etiam ante istud Patris Abrahami Tabernaculum visuo, & ratione prædico Dei Tabernaculo. Hoc enim non actionis duntaxat, ac potentia diuina conceptaculum fuit, verum essentia ratione ipsiusmet personae filij, ac Dei. sic Damascenus. Huic Tabernaculo optime conuenit illud, quod de Ecclesia dicitur Isa. 4. Et Tabernaculum erit in umbraculo dei ab aestu, & in securitatem, & absconsonem à turbis, & à pluuia: In Deipara enim tutissimum perfrugium habemus ab aestu tentationum, omniq; alia periculorum procella, iuxta illud Psal. 26. Quoniam abscondit me in Tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito Tabernaculi sui.*

TEM-

